

Fo.

CCXVIII.

tur. ut maiore sui parte maiore locus occupet. et breuiore breuiore: minorque sit in parte in toto. Per omnes siquidem periculas corporis tota simul adest. nec minor in minoribus: nec in maioribus maior. Sed alicubi intensius alicubi remissius: et in omnibus tota et in singulis tota est. Sicut enim de vbius est tota in toto mundo et in omni creatura sua. sic anima vbius tota in toto corpore suo: tanquam in quodam mundo suo. intensius tamen in corde et in cerebro: quae admodum de precipue de eadem in celo.

¶ Quia anima sit in quolibet membro.

Capitulum XIX.

An visibilis et incorporea est anima: si enim visibilis esset: corporea esset. Et si corporea esset: partibilis esset. et presertim: neque tota simul in vno loco esse possit. Nullum enim corpus aut simul tangi totum potest: aut simul tangere totum potest. Anima vero in quibuslibet suis membris vel actibus tota simul adest. Tota videtur: et tota visus meminit. Tota audit: et tota sonorum reminiscitur. Tota odorat: et tota odores recollit. Tota per linguas et palatum saporibus sentit et discernit. Tota tangit et dura et mollia. Tota simul apparet vel imparet. Calida vero vel frigida summo tamen digito tota decernit. Tota est visus: tota est auditus: tota meminit: et cum tota meminit: tota est memoria. Cum tota vult: tota est voluntas. Cum tota cogitat: tota est cogitatio. Cum tota diligit: tota est dilectio. potest namque ex parte cogitare: et ex parte diligere.

¶ Hae passionibus: et quatuor virtutes eius.

Capitulum XX.

Habet anima affectiones quibus exercetur ad virtutes. Dolor namque de peccatis: timor de suppliciis. desiderium de promissis: gaudium de promissis. quaedam exercitia sunt virtutum. Habet enim virtutes quibus instruit et armat contra vicia. Ad prudentiam namque scire quod debeat facere: temperantiam habet contra prospera: fortitudinem contra aduersa: iustitiam quae scit quod cuius debeat reddere. Prudentia est scire quod possit. Fortitudo facere quod possit. Temperantia non presumere quod non possit. Iustitia non velle plus quam possit. Prudentia est in elegendis. Temperantia in vitandis. Fortitudo in tolerandis. Iustitia in distribuendis. Prudentia est nihil penitendum appetere: et

nihil preter iustum velle facere. Temperantia est nihil preter turpia timere: et quicquid agimus vel cogitamus ad rationis normam dirigere. Fortitudinis est terrenas cupiditates si solam reprimere: sed penitus obliuisci. Iustitia est omnem animi cogitationem ad solam deum erigere: eumque tanquam nihil aliud sit sola mentis acie intueri. Habet autem anima sacramentalia virtutes quibus initiatur: id est fides: spes: sacramentum: baptisimum: inunctionem: confirmationem: cetera quibus deo consecratur. Habet etiam virtutes quibus proficit et quibus deo coniungitur: ut humilitas: puritas: charitas. Humilitas eam deo subiicit. Puritas iungit. Charitas vnit. Habet quoque anima vires quibus corpori commiscetur: quarum prima est naturalis: secunda vitalis: tertia animalis. Et sicut deus trinitus et vnus: verus et perfectus omnia tenet: omnia implet: omnia sustinet: omnia supercedit: omnia circumplectitur: sic anima his tribus viribus per totum corpus diffunditur: non locali distensione: sed virali intensione. Naturalis namque virtus operatur in epate sanguinem et alios humores: quos per venas ad omnia corporis membra transmittit. ut inde augeantur et nutriantur. His ista quadrifaria est diuisio: namque in appetitivam: retentivam. expulsiuam: et distributiua. Appetitiua quae sunt necessaria corpori appetit: retentiuam sunt praeter retinere: donec ex illis digestio utilis fiat. Expulsiua nocua et superflua expellit. Distributiua bonos bonorum ciborum humores omnibus membris distribuit: putantibus expedit.

¶ De virtute cordis quae impellit sanguinem per venas.

Capitulum XXI.

Is vitalis est in corde: qui ad temperandam feruorem cordis aerem hauriendo atque reddendo: vitam et salutem toti corpori tribuit. Hae namque puro sanguine purificatum per totum corpus impellit per venas pulsantibus: quae arteriae vocantur. Ex quorum motu temperantiam atque distemperantiam cordis scisci cognoscunt. Ista vires habent omnia animalia: et ideo corporis magis videntur esse quae anima. cum anima sit vita corporis.

¶ De virtute cerebri et partibus eius.

Capitulum XXII.

Animalis est in cerebro: et inde